1146 et plurimis peremptis optata potitur victoria. Castrum etenim predictum in manus eius traditur, ipse autem tam nobilium quam pauperum misertus ~~eo~~ eos cum suis omnibus illesos exire permittit. In tantis autem miseriis constitutus ad domnum regem Conradum se confert et, ut pro restitutione sue terre ducem Boemie roget, eum suppliciter expostulat, cuius precibus dux commotus Conrado terram licet devastatam restituit. Eodem anno felicis memorie domnus Alexander, frater domni Danielis Pragensis prepositi, ad imperatorem Grecie[1] a duce Wladizlao dirigitur et ibi feliciter in bona

Okt. 18 confessione in festo sancti Luce evangeliste migravit a seculo.[2]

1147 Anno dominice incarnationis MCXLVII° nimia commotio christianorum ad defendendam Hierosolimitanam ecclesiam contra regem Babylonicum facta est. Rex namque Francie Ludwich prior omnibus per predicationem domni Bernhardi Clarevallensis abbatis, bone conversationis viri, qui etiam, ut eius predicatio apud homines rata haberetur, plurimos egros orationibus suis sanare referebatur, commonitus crucem cum plurimis terre sue ducibus, comitibus, primatibus

1) Manuel

2) ~~Über Alexander und vgl. Zatschek, Germanoslavica II, 2, S. 199 u. 202, Anm. 1.~~
Necr. Boh., Dobner, Mon. Hist. Boem. I, S. 15 zu Okt. 18: Alexander Diaconus Visegradensis ecclesie prepositus et cancellarius. Vgl. dazu Zatschek, Die Bedeutung der Deutschen in der Kanzlei der Přemysliden, Germanoslavica II, 2, S. 199ff.